

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

Recensentur res Instituti Societatis, quæ immediatè sunt à Deo ipso  
reuelatae S. Ignatio. Cap. VII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](#)

suerit ea quæ existimò esse S. Ignatio immédiate à solo Deo reuelata , nisi enim ea prius agnoscantur , non potest solida & breuis ac sine digressionibus dari huic interrogatiōni responso.

## CAPVT SEPTIMVM.

*Recensentur ea res Instituti Societatis, quæ immediate sunt à Deo ipso, reuelatae & S. Ignatio.*

143. **D**ico primò Omnes res substanciales Instituti Societatis esse à Deo immediate reuelatas S. Ignatio. Probatur Conclusio ex dictis supra capite primo : quia hoc ipse S. Ignatius fassus est , & dixit P. Iacobo Laynez. Quæ autem sint substanciales res Instituti Societatis statim dicam.

144. **D**ico secundò. Cum Congregatione Generali quinta, Decr. M.S. 74. impresso 58. Substantialia Instituti esse, que in formula seu Regula Societatis, iulio tertio proposita , & ab eo aliisque successionibus confirmata continentur: Deinde ea , sine quibus illa aut nullo modo aut rix constare possunt , cuiusmodi sunt:

*Primum. E*sse aliqua impedimenta essentialia in admittendo.

*Secundum. N*on esse necessarium ut in dimittendo forma iudicialis servetur.

*Tertium. R*eddendam esse Superiori conscientia rationem.

*Quartum. C*ontentus esse debere unumquemque ut omnia quæ in eo notata fuerint , per quemus qui extra Confessionem ea acceperit , Superioribus manifestetur.

*Quintum. P*aratos esse omnes debere , ut se iniucem manifestent, debito cum amore & charitate , & alia, bis familia, à quibus nunc declarandis Congregatio breuitatis causa supercedendum censuit : cum praesertim Generales Praepositi, ea pro tempore ad proxim declarare posint , dum in aliis Congregationibus Generalibus non declarantur.

145. **D**ico tertio. Præter enumerata supra à Congregatione Quinta Generali Conclusione secunda haec quoque esse substancialia Instituti: quia in Bulla Iulij tertii, anno 1550. duodecimo Kal. Aug. data, sunt confirmata.

*Primum. R*eligionem à S. Ignatio fundatam Societatis Iesu nomine insignitam esse.

*Secundum. F*inem huius Societatis esse fidei defensionem & propagationem & profectum animarum , in vita & doctrina Christiana , per publicas predicationes, lectiones , & aliud quodcunque Verbi Dei ministerium ac spiritualia Exercitia, puerorum ac iudicium in Christianissimis institutionem ; Christi fidelium in Confessionibus audiendis , ac ceteris Sacramentis administrandis , spirituali consolacionem , dissidentium reconciliationem , & eorum qui

in carcerebus, vel hospitalibus inuenientur pia subventionem & ministerium, ac reliqua Charitatis opera , prout ad Dei Gloriam ac Commune bonum expedire vatum fuerit, exequenda, gratis omnino, nullo stipendio accepio.

*Tertium. O*fficiorum distributionem in Societate esse debere , totam in manu Praepositi Generalis, vel eorum, quos ipse sibi ea cum autoritate substituerit.

*Quartum. P*raepositorum Generalem cum Fratribus suorum consilio , iuxta Constitutiones totum habere debere ius ordinandi & iubendi , quæ ad Dei Gloriam , & commune bonum in Dominio pertinente videbuntur.

*Quintum. P*raepositorum Generalem dubia in Instituto declarandi autoritatem debere habere.

*Sexto. P*rofessos ultra tria vota communia, speciali voto se debere astringere, vt quidquid Romani Pontifices ad profectum fidei & animarum pertinere iudicarentur , & ad quaeunque Provincias eos mittere voluerint, sine villa terguiesatione, aut excusatione, illico , quantum in illis fuerit, exequi teneantur, quamvis ad Infideles & Hæreticos , & fideles quouis mittendos censuerit.

*Septimum. M*issiones has à Romano Pontifice non esse procurandas, à particularibus, nec per se, nec per alium, sed hanc curam Deo , Romano Pontifici & Societatis Praeposito commendamus.

*Octauum. P*raepositorum Generalem ad plura vota esse eligendum , prout in Constitutionibus declaratur.

*Nono. D*omus aut Ecclesiæ professas, nullus prouentus & possessiones debere habere, nec ius ad illa bona stabilia, præter ea quæ opportuna erunt ad vsum proprium & habitationem acquirere, sed vt rebus sibi ex charitate donatis ad necessarium vitæ vsum sint contenti.

*Decimum. P*osse tamen habere Collegia eum redditibus ad studiosorum commoditatem: quæ sint tanquam Seminarium Domus professa.

*Vndeclim. O*mni modum gubernationem seu super intendentiam supra eiusmodi Collegia & prædictos studentes , quod Rectorum gubernationem ad studentium electionem, admissionem, emissionem, receptionem, exclusionem, statutorum ordinationem, eruditionem, educationem, correctionem, victus vestitusque & aliarum necessiarum rerum administrandarū regimen, modum , atque aliam omnimodum gubernationem ac curam , penes Praepositorum vel Societatem esse debere.

*Duodecimum. S*tudentes dictis bonis abiuti, aut Societatem professam ea in propriis viss conuertere non posse.

*Decimotertium. S*ocietatis Presbyteros ad dicendum Officium non communiter in choro; sed prout teneri.

**V.** Decimoquarto. In iis quæ ad vietum & veltum & cetera exteriora pertinent, honestorum Sacerdotum communem & approbatum usum Societatis Presbyteros sequi debere.

**Decimoquinto.** Ne quis ad Professionem in Societate admittatur, nisi diuturnis & diligenteris probacionibus eius vita puritas, & doctrina conspicua fuerit explorata.

**Decimosexto.** Aliqui in Coadiutores tamen in spiritualibus, quam in corporalibus, vel in scholares admittendi, ad vota sed non solennia, post sufficientes probationes, & tempus in Constitutionibus expelluntur.

**Dicimoseptimo.** Aliquos tamen ex iis idoneos repertos, de licentia Prepositi, tria vota solemnia facere posse quibus tenentur, quamdiu Prepositus Generalis in Societate eos retinendos censuerit.

Atque haec tantummodo compendiosè à me relata, continentur in Regula Societatis à Julio 3. motu proprio, & ex certa scientia, auctoritate Apostolica confirmata, ita qua Regula contineri substantialia Instituti, declaravit quinta Congregatio Generalis loco lupi citato.

**Iij.** Dico quarto. Si verum est, quod afferit Soarez tom. 4. de Religione tr. ro. l. l.c. 4. n. 13. Substantialia Instituti Societatis ea omnia esse, que à sede Apostolica expressè in specie recognita & approbiata sunt; multò plura quam superiori enumerata, sunt S. Ignatio in Instituto Societatis reuelata. Cum ergo ostendetur, omnia substantialia & quædam non substantialia esse à Deo reuelata S. Ignatio, hinc sequitur, etiam illa esse reuelata, quæ P. Suarius tanquam Sanctus & doctus dixit, esse substantialia, & punita, à S. Ignatio esse instituta, si non per expressam revelationem, saltem per specialissimam directionem ad Institutum, & non per qualcumque excitationem & inspirationem sed per specialia dona Spiritus Sancti, superiora Ordinariis virtutibus & auxiliis, Ignatum fuisse motum & direatum à Spiritu Santo, ut neque erraret, neque ab eo quod vole esset deviare.

Confirmatur haec conclusio auctoritate Sanctæ Congregationis Generalis: quæ declarauit non tantum ea esse substantialia Societatis quæ in Bulla secunda Iulij III. continentur, nec ea tantum quinque puncta, quæ ipsam declarauit esse essentialia, sed etiam alia his similia, sine quibus etiam sunt confirmata à Iulio III. & ab aliis eius Successoribus, nullo modo, aut vice constare possunt: quæ tunc tamen declarare noluit, sed ad proximam declaranda Prepositi Generalis iudicio reliquit. Inter haec autem omnino reponendum videtur, quod & in Regulis & in praxi Societatis habetur, ne scilicet Consultores Superiorum, habeant ulla in re votum decisum. Adducatur ad id sentiendum decreto manu scripto & impresso vero 65. Congre. General. Sanctæ, cui cum Cardinalis Tolerus nomine Clemeti-

tis VIII. proposuisset, ut examinaretur in Congregatione, an Assistentes, in aliquibus casibus debeat habere votum decisum, & indicaretur per vota secretæ, & referetur sanctissimo vel Cardinali; per vota secreta, ab illa Congregatione, exceptis s. omnes censerunt non esse concedendum, & nihil hac in re innovandum, cum praesertim haec innovatio unum ex Institutii essentialibus conuerteret. Nihil autem substantiale conuerteret per hoc; nisi conditio Superiorum, quibus solis reliquit Societas votum decisum post auditos Consultores, atque Monarchica gubernatio; quam Societas amplexa est, conuerteretur in Aristocraticam, & Superiorum potestas, prout à S.P. Ignatio eis reliqua est, diminueretur.

**Dico quindecim.** etiam quædam non substantialia Instituti esse S. Ignatio immediate diuinatus reuelata, Probat Conclusio: quia S. Ignatius dicit P. Consalvo, se, ea, Diuina illustratione didicisse Mantese, peregrinationes suscipendas esse inter alias probationes Societatis, & alia quædam at hoc non est substantialia Instituti, ergo aliquid non substantialia Instituti, est S. Ignatio à Deo reuelatum.

**Dico sexto.** Valde probabile esse, omnia illa quæ Societas habere procul diversa ab aliis Religiosis Ordinibus, S. Ignatio Diuinitus esse reuelata. Mouer ad hoc afferendum his tationibus.

**Primo.** Quia Deus non reuelat suis seruis res quæ alio modo naturali sciri ab iis tunc possent. Si enim in naturalibus rebus Deus nil frusta vel sine causa facit, multò minus dū Supernaturaliter operando, aliquem propheticè illuminat. Et hac ratione dignoscitur, inter alios, Dei tetiaratio ab illusionibus natura vel Dæmonis, si illa contingat cum iusta necessitate & causa: Atqui ad statuendas res nouas in Ecclesia Dei antea insolitas, immo ignotas, prout statuta sunt à S. Ignatio, & traditæ, eius humana prudentia non sensa fuisset se extendere, eo praesertim tempore, quād ob nouitates Lutheri & Illuminatorum, omnia nota erant suspecta, credibile ergo est, S. Ignatum uti valde circumspectum altiori lumine quam humano edocimus esse, ut nonnullas res nouas in Societate institueret.

**Secundo.** Maior erat necessitas ut Deus S. Ignatio reuelaret tales res nouas, ab eius Religione seruandas, et si non substantialia, quam ut eidem reuelaret antiqua fidei dogmata, quæ alio modo discere poterat, & modum quo Deus creauit mundum, & multa ad scientias humanas spectantia, & futuros terum successus.

**Si queras,** quænam sint illa Societatis propria cum aliis Ordinibus non communia?

**Resp: primò.** Biennium Novitiarus.

**Secondo.** Vota simplicia Noticiatus, etiam ante finem biennij cum facultate Superiorum ex devotione emitte solita.

**Tertio.** Ne possint tria vota Religiosa, verum religio-

religiosum facientia, omittiente completum biennium.

*Quartus.* Vota simplicia exactio primobienio Nouiciatus fieri solita, sine professione solemnis.

*Quintus.* Peracto biennio & tribus solitis votis simplicibus emissis, addendum quartum de acceptando eo gradu in Societate, sive Professorum sive Coadiutorum formatorum, prout Prepositus Generalis statuerit.

*Sextus.* Quod haec vota simplicia, faciant verum Religiosum non minus quam professio.

*Septimus.* Distinctio Personarum in Societate, in qua sunt alij scholastici alij coadiutores spirituales, & temporales formati, alij professi 3. votorum, alij professi 4. votorum, alij, vti olim admittebantur indifferentes adhac.

*Octauus.* Experimenta quae biennio Nouiciatus fieri solent.

*Nundes.* Tertius annus probationis post absolute studia.

*Dekimus.* Votum quartum obedientiae specialis a professis fieri solitum.

*Vigesimus.* Quinque alia vota simplicia ab iisdem post professionem emitte solita.

*Duodecimus.* Triplicum votorum diversitas in Societate. Nam scholastici vota simplicia priuatum emittunt, professi vero publice 3. & 4. solemnia, Coadiutores formati 3, simplicia sed publice.

*Dekimotertius.* Effectus diversi votorum. Nam vota professorum solemnia, & Coadiutorum publica at non solemnia, reddunt eos incapaces hereditatum & dominij bonorum, vota vero simplicia scholasticorum, non reddunt incapaces successionis in hereditatibus, nec priuant eos dominio bonorum, si aliqua possident.

*Dekimoquartus.* Vota simplicia scholasticorum, eos ita reddunt Matrimonij incapaces, vt si iis non dispensatis aliquis eorum contraheret matrimonium, non tantum illicitum esset, sed & inuiditum & iritum.

*Dekimosextus.* Ut fiat confessio generalis bis in anno à Nouiciis & scholasticis, item à Professis & Coadiutoribus formatis. Idque non coram quouis, sed assignando à superiore, idque certo & non ad libitum vniuersalique.

*Dekimosextus.* Ad Nouiciatum admissi, non necessari habent vestitum Religiosum, sed seculari vti possunt, vti olim vtebantur nostri, viuente S. Ignatio, vti P. Ludouicus Consalus in Diario scribit: Cuius tempore erat quædam opinio, de vitâ præ ceteris religiosis instituenda, quorum vestes seculares in Nouiciatu portata tardius atterebantur. Idque euenter rerum demonstravit, tum in aliis, tum in P. Consaluo Sylueria mortuo Marryre.

*Dekimoseptimus.* Ligati votis simplicibus & scholastici & Coadiutores formati, possunt iu-

stis de causis dimitti, & dimissi liberti manent à votis in Societate factis, non sic Professi.

*Dekimoctauus.* Etiam non professi si discedant post vota simplicia contra voluntatem Superiorum, fiunt Apostatae, & quæ ac professi, eodem modo fugientes.

*Dekimonon.* Potestas liberandi à votis est penes solum Generale.

*Vigesimus.* Admittendi ad Professionem potestas penes solum Generalem est, vti & ad alia vota Coadiutorum formatorum.

*Vigesimoprimum.* Vota solemnia & simplicia Coadiutorum fiunt in manibus alienis ea admittendis ex parte Societatis, vel ab eius locum tenente, idque in formula horum votorum exprimum, non ita vota simplicia Scholasticorum, quæ soli Deo fiunt, nullo ea ex parte Societas admittente.

*Vigesimosecundus.* Vota Professorum & Coadiutorum formatorum, scripta Romam mittenda ad Generalem, non vero Scholasticorum.

*Vigesimoterius.* Vota simplicia Scholasticorum bis in anno renouanda, non sic alia.

*Vigesimoquartus.* Votis simplicibus emissis, si possideat aliqua bona antea, vel postea aedat aliquam hereditatem, nec vti potest illis necesse est abdicare pro libitu, sed cum certa dependentia & licentia Superiorum.

*Vigesimoprimus.* Societas non habet ius adeundi hereditatem suorum qui eam ingrediuntur, nec tempore Nouiciatus, nec post vota vla in ea emissa, vti adeunt alij Ordines post professionem suorum religiosorum, exceptis religiosis S. Francisci quia renunciarunt huic iuri.

*Vigesimoseximus.* Coadiutores formati ad Professionem non admittuntur post sua vota simplicia, sicut Scholastici admittuntur post sua vota simplicia.

*Vigesimoseptimus.* Professi 3. votorum eti solemniam, non sunt in Societate præcipui, sicut Professi quatuor votorum: ideo illi non possunt esse Provinciales, nec Assistentes, nec Monitores Generalis, nec Vicarij Generalis vti hi: nec ratione professionis habent ius ad Congregationes, Provinciales nec ad Generales: ideo non possunt esse Electores Generalis, nec mitti ad Congregationes Procuratorum tanquam Procuratores.

*Vigesimooctauus.* Nemo debet nec potest è Societe quemquam invitare ad eleemosynas perpetuas Domibus vel Ecclesiis Professorum relinquendas. Si aliqui sponte perpetuas eleemosynas Domibus vel Ecclesiis Professorum relinquerent, nullum ius civile ad eas petendas in iudicio acquiritur.

*Vigesimonon.* Promissis, Prædicationibus, Confessionibus, electionibus, vel quovis alio officio, ex iis quæ Societas iuxta suum Institutum exercere potest, stipendia vel eleemosynæ non possunt iustificari nec admitti.

**Trigesimo** Nulla sit in Ecclesia arca, in qua eleemosynæ coniici solent ab iis qui ad Confessiones, Missas, vel Confessiones & reliqua spiritualia conueniuntur.

**Trigesimoprimo**. In Collegiis sufficienter Fundatis, eleemosynæ peti non possunt nec admissi.

**Trigesimosecundo**. Ut tum Generalis tum Superioris, habeant suum Monitorem à quo monentur de iis, que ad illorum Personam & officium spectant.

**Trigesimoterio**. Generalis suos habeat Assistentes, pro diuersis nationibus, & adiutores certos, certo modo eligendos à Societate tota, sine obligatione illorum consilium sequendi.

**Trigesimoquarto**. Superioris locales non solent habere tempus determinatum sui officij.

**Trigesimquinquies**. Bis quotidie conscientia examinanda.

**Trigesimosexto**. Exercitiorum spiritualium vñs & tradicio alii.

**Trigesimoseptimo**. Pueroru ac ruidum institutio in doctrina Christiana, in Regulis Societatis praescripta, & in Formula Professionis, ac votorum formatorum Coadiutorum commemorata.

**Trigesimodatio**. Literarum humaniorum Philosophicarum, ac Theologicarum traditio, in beneficiis aliorum.

**Trigesimonono**. Contractus celebrandi potestas ad Collegia vel domos Societatis spectantes, est penes Praepositum Generalem: & ab eo ad inferiores emanare debet, sine Capitulari conuentu localium.

**Quadragesimo**. Procurator Generalis non debet esse Professus.

**Quadragesimoprimo**. Congregationi Generali nullam certum haec tenus tempus statutum.

**Quadragesimosecundo**. Congregationes Provinciales tertio quoque anno habendæ, pro eliendo Procuratore Romanum mittendo.

**Quadragesimoterio**. Post eas, Roma Congregatio Procuratorum, instituenda, iuxta Formulam à Societate approbatam.

**Quadragesimoquarto**. Ad Congregationem Generalem, tres è singulis Provinciis mittendi, electi à Provincialibus Congregationibus.

**Quadragesimquinquies**. Domus probationis distinctæ sint ab aliis Domiciliis.

**Quadragesimosexto**. Domus & Ecclesia Professorum certos reditus habere non possunt, vt possunt reliqua Domicilia, nec redditibus Collegiorum sustentari.

**Quadragesimoprimo**. Monialium curam nostri habere non possunt nec similium mulierum.

**Quadragesimodatio**. In ratione Conscientiae, præter alia, etiam peccata aperienda sint, quævis ea reddatur, extra Confessionem Sacramentalem.

**Quadragesimonono**. Posse alienos defectus extra Confessionem & petitionem necessarij consilij manifestari Superiori, non præmissa priuata correctione.

**Quinquagesimoprimo**. Nullus Ordo certus in consilio ad mensam, vel alio tempore, sine respectu ad gradus & antiquitatem, præterquam in Congregationibus.

**Quinquagesimoprimo**. Hora recreationis certa, post cenam & prandium, statuta pro omnibus.

**Quinquagesimosecundo**. Instrumenta Musica in Domiciliis nostris non seruanda.

**Quinquagesimoterio**. Regulæ omnium officiorum ex praescripto Constitutionum dare, certis temporibus legenda & audienda.

**Quinquagesimoquartu**. Certa sacra & alie processus pro variis rebus prescriptæ, certis temporibus Domino offerenda.

**Quinquagesimoquintu**. Certum meditationis tempus quotidie prescriptum omnibus.

**Quinquagesimosexto**. Superiores Societatis, auditis suis Consultoribus, non tenentur sequi eorum consilia.

**Quinquagesimoseptimo**. Tempus pro emenda professione nullum determinatum, sed illud, quod Præpositus Generalis fore censuerit.

**Quinquagesimodatio**. Non professi possunt esse & solent Collegiorum Rectores.

**Quæ omnia cum à S.P.N. Ignatio instituta sint, & fuerint eius tempore, & antea in Religiosis Ordinibus innitita, non potuit ea ab iis disdere, & quasi mutuare. Ex altera parte cū in se & suis fociis expertus sit perpetuas contradictiones & persecutions, omnis generis & conditionis hominum, ac difficultates à quibusdam nouarum Religionum Foundationem improbabibus, quas humanæ solā prudentiæ nixus, magis timere poterat, si multas nouitates in Societatem induceret, cū ergo eas induixerit, & quidem cum spe obtinenda à Sede Apostolica Confirmationis, non potuit solis humanæ prudentiæ viribus eas innenire, sed debuit altiore lumine, & quidem supremi gradus Prophetici illustratione, ad tam multas nouas res instaurandas, doceri & moueri, præsentim ad quasdam directè contrarias præxi aliorum nobilissimum Ordinum, magna autoritate in Curia Romana & Apostolico palatio, imo in tota Ecclesia florentium, quorū oppositionem merito mettere poterat, expertus in rebus piis & visitatis, eam antea se non semel passum. Cum autem Deus non soleat adhibere Angelorum ministerium nisi ad obiecta sensibus representanda, & ad motionem variamphantasmatum in nostra imaginatione, per obiecta sensuum causatorum ( vt supra ostensum est) idē Deus non est vñs ministerio Angelorum, dum S. Ignatius res Instituti nostri reuelarer, quia non erat in imaginatione S. Ignatij Phantasmatum rerum ab**

551

ab eo instituendarum, antequam eas instituisset: siquidem nec auditu nec lectione ea seu oculis perceperat, quippe non visitata, immo multa illis contraria videbat in aliis Ordinibus, & audiebat. Ideo etiam fuit & necessarium, ut à Deo immediatè sine Angelorum ministerio, ista que instituit, cognosceret.

<sup>159.</sup> Dices primò. Esto res nouæ fuerint instituta à S. Ignatio, poterant tamen ex per Angelos, illi indicari mouentes eiusphantasmata, siquidem experimus nos, imaginari nobis species Virium, quas nullo sensu percepimus.

Reff. primò, potuerit quidem si Deus voluisse vnu Angelorum ministerio, sed voluisse, id nobis non constat, sicuti constat de aliis relationibus per Angelos inchoatis vel adiutis, quia id de S. Ignatio nemo asserit, sicut historici & Patres asserunt de quibusdam aliis.

Reff. secundò, posse nos quidem imaginari verbes à nobis non visas, sed tales imaginationes sunt chymericæ, discrepantes à veritate, Angeli autem dum aliquid repræsentant, verè repræsentant: non possunt autem per motum phantasmatum repræsentare res, quarum phantasmatata non sunt in imaginatione, ex sensuum objectis detuata, vel illis similia rerum autem S. Ignatio reuelatarum non præcesserunt phantasmatata, sed illis prorsus contraria, nam contraria S. Ignatius, & legit, & vidit, & audiuit esse in aliis Ordinibus. Et quamvis possent Angeli per antiqua phantasmatata repræsentare nobis res similes, antea sensibus non perceptas, & ita S. Ignatio illa repræsentare potuerint, qua antea sensibus non perceptas, res tamen illis contrarias, non poterant repræsentare, & quamvis potuerint, tamen repræsentasse eas nescimus, quia nullum huius rei indicium habemus: habemus autem indicia contraria, supra explicata nūmbera 124. & seq. prefertim c. 6. §. Quoad 3. & c. 4. ac 5.

Dices secundò, supra dictum est, Beatam Virginem apparuisse sèpè S. Ignatio dum scriberet Constitutiones, eas confirmantem. Atqui Angeli plus possunt agere in nostram imaginationem quam potuerit B. Virgo, quæ in celo existens, & hoc in corpore nunquam descendens, nil per se mouere potest in imaginatione vel nostrum intellectum illuminare, vt possunt Angeli nobis intimè sua substantia præsentes, dum nos illuminant, ergo per illos Deus potius potuit S. Ignatium illuminare circa res nostri Instituti.

Reff. primò, si ex historia aliqua fide digna haberemus ita ab Angelo edoctum fuisse S. Ignatium de Instituto, sicut edoctum esse à B. Virginie scimus, ex ipsis S. Ignatij testimonio, id quoque de Angelis crederemus, sed cum id nullus affuerit, & contrarium ex dictis pateat, non possumus aliud credere.

Reff. secundò, Beatam Virginem Constitutiones S. Ignatio non reuelasse, sed scriptas & scri-

bendas confirmasse, ab eo prius ex Diuino latrone conceptas.

Porro hanc confirmationem, si fuit facta per imaginariam visionem B. Virginis, potuisse adiunari ministerio Angelorum credimus, habent enim vim in humanam imaginationem, mouendo eiusphantasmata: sed li illa confirmation fuit merè intellectualis, à Deo ipso immediate ob Beatisimam Virginis intercessionem causata, Angeli non potuerunt cooperari, ob causas toties supra dictas, & tunc illorum cooperatio non fuit necessaria.

Confirmantur dicta primò, legimus in Procesu Compulsoriæ Toletano, autoritate sedis Apostolicae pro S. Ignati, Canonizatione facto, in quo referuntur multæ visiones ac lumina S. Ignatij quæ ei sèpè contingebant scribenti nostras Constitutiones, commemoratas esse ab eo frequentes Dei reuelationes & lumina de SS. Trin. Personis & de ipsa Diuina essentia vt distincta à Personis, & de rebus nostri Instituti, de quibus deliberabat. Cù autem magis fuerint necessaria Ignatius reuelationes de rebus Instituti, quod condebat & scribebat, quād de SS. Trinitatis mysteriis, de qua plenaria & fidei notiam habebat, & celebrē illam illustrationem, primo anno à sua conuersione relatam, ab eius scriptoribus. (Rib. l. 1. c. 7. Maff. l. 1. c. 7. Ord. l. 1. n. 22. 27.) Si illæ fuerunt ab ipso Deo immediate ei factæ, nec poterat proficisci ab Angelis, multò magis id possumus asserere de rebus nostri Instituti præcipuis, esse eas eodem gradu Propheticī luminis merè intellectualis, et reuelatas.

Confirmantur secundò, dicta à simili extat reuelatio facta S. Brigittæ l. 7. Rer. cap. 10. à Christo Domino, in qua imprimitis Regula S. Francisci à se inspirata, deinde de omnibus aliis Ordinibus sic ait: Ita eriam omnes alia Regula, quæ amici mei incepérunt, & ipsi Personaliter ienerunt & seruauerunt, aliosque eas efficaciter docuerunt, & porreverunt, non fuerunt dictata & composta ab ipsorum intellectu, & humana sapientia, sed aspiratione spiritus S. Qua etsi de Regulis qua fuerunt ante tempus S. Ignatij dicta sunt, tamen cum Societatis Institutum, non minus quam alij Ordines fuerit S. Ecclesia vtile, & in perfectione essentiali, nullo sit inferius, spectabat ad suavem & beneficam Dei prouidentiam, vt nostrum iustitutum, quoad eius propria, non ab humana sapientia, sed à Spiritu S. doctrina, & immediata reuelatione proficeretur.

Ex dictis sequitur, monitum nobis qui è Societate Iesu sumus necessarium, cum enim res nostri Instituti propriæ vt probatum est, à Deo sunt reuelatae magni facienda & seruanda sunt. Nam vt ait S. Basilus, etsi præclaræ sunt illæ leges, quas Reges moderandæ sua Rep. nimurum subiectū sibi populis prescribunt euangelique, pre haec tamen negotio quid augustius & Regia Materiale dignius obtinet ea, quæ illi ipsi edita suis obseruanda militibus denuntiantur.

ciant. Societas autem nostra Iesu Christi militia est appellata ab Apostolica Sede, ideo sub Duce Iesu, capite huius militiae, obseruanda & magnificienda sunt à nobis ea omnia, quæ per Capitaneum vel Colonellum suum Ignatium, ab ipso reuelata nobis tradidit. Quamobrem etiam grato animo colere debemus hunc Dei fauorem. Nam ut ait S. Chrysostomus f. 8. in Gé. Magnus honor est, dum Deus legem dat non per aliquem famulum, non per Angelum & Archangelum, sed per se ipsum; duplice honore hominem afficiens, & quia legem dederit, & quia dederis per se ipsum.

## CAPVT OCTAVVM.

Quaratione S. P. N. Ignatius cum primis Patribus deliberauerit Rome de Socieitate instituenda.

164 **Q** Vamuis huius rei descriptam legamus historiam apud Ribadeneyram, libr. 2. c. 13. Matteum 1. 2. c. 4. & Orlandinum lib. 2. n. 58. & seqq. non abs re erit simpliciore stylo & clarior te eadem hic referre, descriptam ab uno ex illis primis Paribus, qui huic deliberationi interfuit, & suis ipsis verbis hanc rem totam latine scriptam reliquit. Anno 1538. proximè elapsa quadraginta, cum inflaret tempus in quo oportaret nos ab inuicem diuidi ac separari, quod etiam summis desideriis expectabamus, ut citius ad prefixum & præcogitatum à nobis finem, vehementerque desideratum perueniremus: decreuimus per multos ante separatio- nē dies inter nos conuenire, & tractare inuicem de hac nostra vocatione, ac riuendi formula, quod cum pluries scissiſſimis, atque ex nobis effent Galli, alij Hispani, alij Sabaudi, alij Cantabri, in variaſ ſententiaſ ac opiniōneſ circa hunc nostrum ſtatū ſcindebamur, eratque via omnium nostrum & communis mens & voluntas, querere ſemper Dei beneplacitum, ac perfectam voluntatem, iuxta ſcopum vocationis noſtrae: verum in mediis expeditionibus & fructuoforibus tam nobis quam ceteris proximitate noſtriſ, erat aliqualis pluralitas ſententiarum. Nec mirum cuiquam videri debet, quod inter nos inſirmos ac fragiles hec pluralitas ſentiendi interuenierit, cum etiam ipſe per ſanctæ Eccleſie Principes ac columnæ Apoſtoli, aliquique plurimi quam perfeſſimi viři, quibus nos indigni ſumus, ut cum illis, vel ex longinquo conſeruerimus, diuero, interdum etiam aduerso modo, inter ſe ſenſerint, & ſententias suas contrariaſ ſcripto tradiderint. Cum ergo etiam nos variè queque iudicaremus, ſollicitaque effemus ac vigilantes, ut aliquam viam plene apertam inueniremus, per quam incedentes nos ipſos omnes in holocaustum offerremus Deo noſtro, in cuius laudem, honorem ac gloriam cedet omnia noſtra, tandem decreuimus, & concordi ſententia ſtatuumus, orationibus & ſacrificiis & meditatio- nibus ferventius ſolito inſtare, & post adhibitam à nobis qualemqueque diligentiam, de reliquo iactare omnes cogitatus noſtro, ſperantes in eum adeo bonum & liberalem, quod ſicut nulli petenti ſe in humilitate & ſimplicitate cordis denegat Spiritum bonum, imo dat om-

nibus affluenter, nulli improperans, nullo modo etiam defuturum nobis, imo affuturum, quæ ſtare eft benignitas, ſuperabundantius quam petimus aut intelligimus.

Capimus igitur humanos noſtos conatus impende- re, & proponere inter nos aliquot dubia diligēti ac ma- tura confederatione & prouidentia digna de quibus per diem cogitare ac meditari, ac per orationem etiam in- vestigare ſolebamus, & nocte quisque hoc quod rectius & expedientius indicauerat, in medium proponebat, re- ſententiam magis veram & plurium calculis & effi- caciorebus rationibus examinata amplecteremur. Pri- ma nocte qua conuenimus, propositum fuīt hoc dubium: An expedire magis, quod poſtquam nos vitamq; noſtrā Christo Domino noſtro, & eius vero ac legitimo Vicario in terris obtuleramus & dedicaueramus, ut ille de nobis disponat, mittatq; eo, vbi plus indicauerit nos poſſe fru- cificare, ſive ſint Indi, ſive heretici, ſive alij, quicunq; in- fideles, ſive fideles. An inquam magis expediret, nos ita- eſſe inter nos deuinctorum & colligatos in uno corpore, ve nulla quantumq; magna corporum diuīſio nos ſepara- ret. An forte non ita expediret? Quod vt exemplo ſiae manifestum: Ecce modo ſummus Pontifex mittit ex no- bis duos in Ciuitatem Senarum debemus ne illorum qui illuc pergent curam gerere, vt illi de nobis, & mutuū nos intelligererant forte non magis illos curare, quam illos, qui ſunt extra Societatem? Tandem definiuimus partem affirmatiuam ſic, quod poſtquam Clemens- tissimus ac pientissimus Dominus dignatus fuerit nos ita inſirmos, & tam ex diuersis Regionibus & moribus na- tis, inuicem vire & cōgregare, quod non deberemus Dei uionem & congregationem ſcindere, ſed potius in dies confirmare & ſtabilire, reducendo nos ad unum corpus, & alij aliorum curam habentes, & intelligentiam, ad maiorem ſructum animarum, cum etiam vir- tus ipsa vinita plus roboris & fortitudinis habeat ad quecumq; bona ardua persequenda, quam ſe eſſet in plu- res partes diufera. In his tamen omnibus que dicta ſunt, quād dicentur, ita intelligi volumus, ut nihil penitus ex proprio noſtro ſpiritu & capite aſſeramus, ſed ſolum quidquid id sit, quod Dominus inſtrauerit, & Sedes Apoſtolica conſirmanerit ac approbauerit.

Deciſo & reſoluto primo hoc dubio peruenientum eſt ad aliud difficultius, non minori confederatione ac prouide- tia dignum. An ſiciliet poſtquam nos omnes emiſeramus votum caſtitatis perpetuae, & votum paupertatis, in manibus Reuerendissimi legati ſue ſanctitatis, cum age- remus venetus. An inquam expediret emittere tertium, ſiciliet obediendi aliqui ex nobis, vt ſincerius & maiore cum laude & merito poſſemus per omnia implere vo- luntatem Domini Dei noſtri, ſimil etiam liberam vo- luntatem ac preceptum ſua ſanctitatis, cui nos libentiſſime noſtra omnia, voluntatem, prudentiam, intellectum, &c. obtuleramus. Ad huius dubij ſolutionē, cum multis diebus orationi inſtaremus, & cogitaremus, nihilq; oc- curreret, quod implere animos noſtros in Domino ſpe- rantes, capimus inter nos agitare aliqua media, ad me- lius ſoluendum dubium; & priuād Anne expediret om- nes nos ad eremum aliquam ſecedere, ibique manere per 30. vel 40. dies, meditationibus, ieiuniis, & pa- mitiis vacantes, ad hoc, quod Dominus exaudiret deſideria

Lancij Opus. Tom. 2.